

RESTITUTIO

VITÆ MORTALIS

soluto fatis corporali pignore
ullis precibus inexorabili Parcæ,

Olim

PERILLUSTRIS ET ADMODUM REVERENDI DNI

M. ANDREÆ ANTONII

SZYNGLAROWICZ

AA. LL. & Philosophiæ Doctōris, Theologiæ Moralis Profes-
soris, Insignis Collegiæ Zamosensis Canonici Chmiele-
censis, Curati Sitaneensis, Inclytæ Universitatis Nostræ

QVÆSTORIS

EXECVTA

Nec non,

Post impressum æternitatis Sigillum,

Mæltas diffluente tædarum ceras,
ad flammam doloris Academicorum Ordinum,
Insigni Collegiâ Zamosensi;

M. STANISLAO DVNCZEWSKI, Philosophiæ Doctore, Ma-
theseos Ordinario, & interea Eloquentiæ Professore,
Geometra Iurato,

in memoriam bene merentium,

præsenti Chartæ, manu amicabili

INSCRIPTA

Anno Domini 1733. Die 3 Martij

Typis Universitatis Zamosensis. 1733

RESTITVTIO VITÆ MORTALIS

Triste mortalibus lethum!

quousque funebralibus rædis
nostra uolabis corda?

Quousque ad inexorabiles rogos
maesta damnando pectora,
urgebis Professorum?

Necdum terna sol accendit iustra,
Trium Viratus noster extinctus est.

Itane?

ad aperta Martij tempora,
hominum destinata capitibus, grassaberis Parca?

Itane? extra floridi initia veris,
jam succides Laurus? jam vernantis vitæ,
ad tuos futores, languescet Chloris?

Itane? necdum post æqvatas diebus noctes,
peramandam vitæ, abbreviabis lucem?

Itane? tempore Interregni dominaberis?
Afflicto populo, & suis compresso torculatibus,
ultimas, cum anima, elicies lacrymas?

Volanti undique; terrore,

Acheronta miseris mortalibus evomes?

Mæroribus, Stygias affundes aquas? extincto SOLE,
prodigiosas induces Eclipses? fracto publicæ

felicis curriculo, non quiesces? nondum emensio, salebroso
Orbis nostri æqvore, ad fatorum margines triste, occines celestium

Vade in præceptis,

nec lentò procede Libitina passu!

diplumatis præcocibus alis, in doloris expressionem nostris,
relinquendo pennas.

Diffunde in ploratum guttas, ad ustulantis doloris ardorem,
cereas, exoculate Icare, pennas,
lacrymarum undis absorbende,

Dignum laude Virum, Musa vetat mori.

Et quamvis verum sit.

quòd singula quæquæ feramus, nil non mortale tenemus;

Attamen:

Pectoris exceptis ingenij; bonis.

Accepta, reddere tenemus, sed boni Superi quam cum
majori facultate.

Somnus mors est æternus, quò nisi ad æterna gaudia
excitatur.

Et si inevitabilis est eventus, quid infelicitati nostræ adscribamus?

Nisi forte, quòd aliena quisque præponat suis,
aut quia quemlibet alterius pœnitet fortunæ.

Sic fatum: Divitum est pavor, pauperum verò desiderium?

Sic fertilior mellis alienis temper in agris:
viliora consentur sua, & semper deteriora.

Serius an otius peregrinemur, semper nos idem expectat Lætro:

Quid si ex optato Sole, diuturniorem obumbremus vitam?

quam Auroram aspeximus mane,
transactò lucis curriculo, in Hesperum declinare cernimus, vigilantes.

Nec est, quòd deploremus,

laborum finem, cupiditatis claustrum, bonorum præmium
adituri.

Vitæ Mortalis Restitutio

quamvis frangente vitæ Arcam Prædone, exolvitur.

Bona est mutatio temporaneorum, pro æternis hæreditatibus.

qualem tibi (si auspiciari licet) gratulabor

Perillustri & Admodum Reverende Domine

SZYNGLAROWICZ.

Armis diræ Atropos,

invieta Tibi castra Minerva fecit;

circumsepta pennis & Athletarum numero!

Nec, si quid scripsit olim Anacraor, delebit ætas.

Nivæam probitatis pulchritudinem, non tingit erubescentiæ,

ad æternam Coronam Candidatis.

Clariorem meridianò Sole virtutem, non evanida umbra

Honoris æterni comitatur.

Non est obscurus Cymmerijs, etiam in umbra Cleanthes;

As

quem

quem accensus eruditioni, prodit orbi lychnus;
Attollit Te propius Dijs, & sidera versus, promovet
Parnassus.

Erigunt Te casus Grammatici, & Superos Tibi admovet
declinatio.

Jam amoto Palladis ab ubere, viam caelestem diffundit Tibi
Scholasticus candor,
serenò conspicuam Altro, &
Iunonis Galaxea certiosem.

Decennio propè,

in æstu laboris, ad Phæbum Palæstricum sudans,
in Univerſitate Zamofcenſi;
largam, ad librorum margines, profuderat vitam.

Socratis ſui,

Ex logiſtæ ſpinarum roſis,
argumentoſæ per erudita folia Apes,
collegerant mella.

Favos Platonicos, omnibus ad guſtum, cum laborioſæ
artis examine, exhibuerat; Muſis placidus tenellis,
vel ab indè.

Cafuum Profeſſor, in Curſu ſuo non ceſpirans,
quomodo, ad offenſionis lapidè nò impingèdū, monſtravit;
Caſibus non labefactus ſuis,
ſtetit in alienis firmior, quoties oppugnaretur, aut pro-
veritate decertaret.

Academicarum expeditionum Achilles, corda noſtra
captivavit, duxitq; gloriam in triumphum.

Quoties electus eſt QVAESTOR, amico auri radiò, pauper-
tati Academicæ, vultu deteſit querelas.

Ad gladium Themidis Lechicæ, in Arcopago Tribunalis
Regni, nunquam ſuccubuit.

Multoties diſcedens ad ludicia, ſtravit viâ Proceſſui Noſtro,
in omnibus cauſis, hæctenus fortunæ rotâ devoluto.

Iuris Canonici Profeſſor, vel ex indè eximius,
quòd in ejus Proceſſu non quieverit.

Ardenti zelò fulminaverat ita;
ut poſt verborum tempeſtatem, meritò illi Rectoralis Togæ
splen-

splendor affulſerit.

Meruit ad Coronidem ſui laboris Sceptra.
Meruit Nobilitas virtutis Sigillum, exceſſivus amor boni
publici Leges, affectus vota, & Syllabum penne, inter
bene meritos Rectores, inſcribendum.

Factum eſt, quod dixi,

nec aliter fieri potuit, ſtimulo virtutis Ejus adurgente.
Sustinebat literati Imperij molè Aurea Sceptri Virga Regnator;

In Heliconijs undis & Ariſtotelico Euripo natantes
Scholaſticas Claſſes; aureo dirigebat Clavo,

Scyllas & latrantes Scopulos, undiquaq; evitandò.

Floruerunt Illius Phæbeo vultu,

Conſulares Tulliorum Faſces, virgatæq; Aſciæ,
non modò pueris fruictū, aſt maturiorib; utilitatè proferctes;

Et quia

manciipiū eſt virtutis Honos, ita; ut quocunq; converterit
paſſum, indiviſo ſequitur comitatu;

primū in Potok Curatum, denuò in Sitaniæ; & tandem
Primi CANONICATUS Inſignis COLLEGIATÆ Zamo-
ſcenſis, Decus & Fortuna circumſtetit,

Parum eſt,

quamvis ſuat dives Pæctoli ſaburra, aut ex aureis
Arabie venis, proveniant opes;

Pretioſiora extant, gemmeis Erythraei monilijs ponti, Bene-
ficia, quæ de SARIANA manu profluxerunt.

Quid proſunt, inter eliquati ſudoris profluvia, quæſiti unio-
nes? ſi æſtimatorum ſui non habeant;

Quid valent, ad aureum obryzi crepuſculum, evanida
Fortunæ ſomnia? etſi cygneis innatantes pulvinaribus,

Sceptra piſcemur & Coronas? quibus magna deſunt
Capita aut Corda dormiunt Magnatum.

ſcilicet:

gratioſius exoſculor manum, Privilegijs expreſſam
SARIANIS Beneficijs;

quàm beneficia amplector ipſa, & exiſtimo.

His atq; tamen Fortunæ ſplendoribus,

B

non

Et quidem Tibi primum
PERILLVSTRIS CLARISSIME & Admodum REVERENDE DOMINE
D. M. MATHIA PAWOLOWICZ
Sacrae Theologiae Doctor, Iuris Canonici Professor, Tarnogrodensis
Praeposite, Radziecinensis Curate, Insignis Collegiatae Zamoscen-
sis Scholasticae, Universitatis Nostrae **PROVINCIAE**,
Pater & Protector Nostrum Colendissimus;
Cui hac ultimam lineam vitae, affectus eius interminabilis extat.

Ut pote:
Quem viventi aetatis flore, Tuis largè affudisti gratiis,
in ando quoq; curare non desinis,
ad Elysios Campos transplantatū.
Quem erexisti, Operibus Tuis; sepelis post casum fatalem,
non magis in sepulcro, quam Paterno corde, condiendo.
Innatum est Tibi Professores protegere, sive Doctorali Toga, sive
mortali operis saxo, nullam gravedinem à Te sentientes.

Pariter etiam Vobis
Perillustri Clarissime & Admodum Reverende Domine
M. ALEXANDER PILSZECKI
AA. LL. & Philosophiae Doctor, in Universitate Nostra Praefectus
Diocesis Chelmenis, Seminarii Crainostaviensis Regens, Ecclesi-
arum Cathedralis Chelmenis & Insignis Colleg: Zam: Canonice &
atq;

Perillustri & Admodum Reverende Domine
THOMA GRVSZECKI
Insignis Colleg: Zamosc: Canonice, Ecclesiae S. Catharinae in subur-
bio Praeposite, Congregationis SSS. Trinitatis Promotor,
grates referet immortales;
Quorum cura extat & labor, circa sepulchralē illius apparatus,
splendidiorē Dignitatibus Vestris & virtute.
Allisus mortali saxo

consistet Divino coram Throno pro Vobis,
non solum Nomine, sed etiam precibus, fortior Anteus,
ANDREAS nempe vita functus.
Sit Tibi haec Frater, in terris vitae Restitutio,
Caelestem retribuatur **DOMINVS** sempiternam;

**PRINCEPS
SACRORVM**

TRINUMUS & REVERENDI SS. DOMINUS

**ALEXANDER
FREDRO**

**PREMISLIENSIS ANTISTES.
ALTO MAJORUM SANGUINE,**

**MAGNUS
MERITIS IN PATRIAM**

MAJOR

VIRTUTIBUS

MAXIMUS

**SUB INGRESSUM CATHEDRAE
ADIOECESANIS COLLEGIIS PREMISLIENSI, UTROQUE
DUCALI IAROSLAVIENSI, CROSNENSI, SAMBORIENSI,**

ADORATUS.

*is Pacis in humanis nati M.D.C.C.XXV.
POLI, Typis Collegii Societatis JESU,*

scribitur